

non magno tantum suis emolumento, sed lucro pene  
 infinito suis fuisse heris, comperta est enim Aſina  
 quae omnium praediorum fertilitatem superavit, quando-  
 quidem in Celtiberia singulas Aſinas aiant quadra-  
 geris milibus nummorum fuisse enixas, unde traditur  
 quod olim Aſinus tanti venditus, quanti quadringenti  
 homines venditi fuere, nec uero dubitabat tanta sua fer-  
 tilitate abundat, uerum etiam quaecumque in Aſinino ventre  
 contenta inensis utilitatum momentis repleta sunt,  
 ut quod Poetae de Aſij filiabus in columbas conuersis de-  
 praedant, ea omnia de Aſinis potiori iure dici poſſe  
 uideatur, nam ut illa quidquid attingebant, in oleum  
 frumentum uinum conuertebant, ita et quae in Aſinino  
 continentur uentre Pharmacopolium quoddam et ag-  
 rorum Horreum uocari poſſint, quare et medicum et  
 medicinam ipsam Aſinum bene compellaueris, testantur  
 libri Medicorum Pharmacopolarum, prodeant aegri  
 et debiles in medium, quid dicunt isti medicorum lib-  
 ri, quid dicunt? Aſini iecur inſaſatum comitialibus  
 prodeſt, ſi ieiuni comederint, Cinis quoque unguorum Aſini-  
 narum cinis colearibus potus comitiales ipſos adiuvat,  
 et eisdem ſtrumas diſcutit, Aſinini lactis potus ad-  
 dito melle, prodeſt diſentericis, prouocat etiam  
 nitorem cutis, propterea reſerunt Porphyram Heronis